

dite a scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutates in foro, & primas cathedras in synagogis, & pri-
mos discubitus in coniuicijs: qui deuorant domos viduarum,
simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem
maiorem.

Vt autem viris illis imposuerit silentium, videritque
eos incurabili morbo laborare, docet discipulos suos,
maxime eorum fugiendum errorem, & ab eorum mori-
bus cauendum quod Matthæus addit: secundum opera
eorum nolite facere, quia omnia faciunt, vt videantur ab
hominibus. Cætera Matth.23.

CAPUT VIGESIMVM PRIMVM.

Paupercula vidua duo æra minuta mittens in gazophy-
laciūm, cæteris plura mittentibus præferunt, templum
cum ciuitate euentum, & ciues exulandi prædi-
cuntur, signa iudicij prognostica cum sum-
ma populi miseria innuuntur.

R + Espiciens autem vidit eos qui mittebant mu- + Marc.
nera sua in gazophylaciūm diuites. Vedit autem 12.d.
& quandam viduam pauperculani mittentem 24.q.1. ca
era minuta duo. Et dixit: Verè dico vobis, quia pite.
vidua hec pauper plus quam omnes misit. Nam omnes hi Odi &
ex abundantí fibi miserunt in munera Dei: hec autem ex projeci-
to quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit,
misit.

Gaza Persicum nomen, Phylax Græcum, ex quibus
componitur nomen gazophylaciūm, arca scilicet consti-
tuta iuxta portam templi domini forinsecus, ad congre-
gandam pecuniam pro templi instauracione, vt 4. Reg.
12. & 2. Paralip.24. In hoc autem gazophylaciū foramen
erat superne, per quod populus ad templi instauracionē,
& pauperum alimentum iactbat pro deuotione sua pecu-
niam. Quibus omnibus pauperem viduam æra duo mi-
tentem prætulit, uon pecuniam tantum, sed bonam vo-
luntatem, pro qua quicquid potuit, misit, maiora desyde-
rans mittere, si potuisset. Cætera vide Math.12.
Et quibusdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus

¶ Matth. 24.a. & donis ornatum effet, dixit: ^tHæc quæ videtis, venient
 dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non
 Mar. 13.a. destruatur. Interrogauerunt autem illum dicentes: Precep-
 tor, quando hæc erunt, & quod signum quando fieri inci-
 t Eph. 3.b. pient? Qui dixit: ^tVidete ne seducamini. Multi enim ve-
 1. Cor. 3.d. nient in nomine meo, dicentes: quia ego sum: & tempus
 Colos. 2.d. appropinquauit: nolite ire post eos. Cum autem audieritis
 ¶ Matth. 24.b. priuiliū & seditio[n]es, nolite terri[re], oportet primum hæc fie-
 Mar. 13.b. ri, sed nondum statim finis.

Cùm audissent Apostoli C H R I S T U M dicentem
 Iudæis: Ecce relinquetur domus vestra deserta, interrogauerunt eum, qui fieri posset, tam magnifica consy-
 derata extirpatione, non modò de lapidibus, sed & de
 eius ornatu. Quibus respondit tantum illi fore exci-
 dium, ut nec etiam lapis maneat super lapidem, qui non
 aliò transferatur. Iuxta quæ verba inquirunt discipuli
 duas quæstiones: priorem, quando hæc futura sunt, al-
 teram, de aduentu eius secundo. Ad quarum neu-
 tram respondit, sed signa vtrunque præcedentia ma-
 nifestauit, quibus positis timendum erit. Cætera patent
 Matth. 24.

Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum
 aduersus regnum, & terramotus magni erunt per loca, &
 pestilentia, & famæ, terroresq[ue] de celo, & signa magna e-
 runt. Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus suas, &
 persequenter, tradentes in synagogas, & custodias, trahen-
 tes ad Reges & præfides propter nomen meum. Continget
 autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris
 non premeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim
 dabo os & sapientiam, cui non poterunt resistere & con-
 tradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autem à pa-
 rentibus & fratribus, & cognatis & amicis: & morte af-
 ficiant ex vobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter
 nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In
 patientia vestra possidebitis animas vestras.

Hæc omnia Ierosolyma teste Iosepho ante excidium
 passa, & multo acerbiora. Primò enim Gentes Romanis
 cen-

confederatae insurrexerunt cum illis in Ierosolymitanos, & suos auxiliares. De pestilentia famem consequente scribit Iosephus de bello Iudaico lib. 6. cap. 14. his verbis. Iudeis autem cum exeundi facultate omnis etiam spes salutis adempta est: auctaque iam fames totas domos ac familias depascetur. Et tecta quidem erat plena mulieribus exanimatis, atque infantibus: viarum autem angusta senibus mortuis. Adolescentes autem ac iuuenies turgidi, velut umbras mortuorum per foras versabantur: & ubi quem casus occupauerat, decidebant. Sepelire autem fuera neque poterant pra labore, & eos quibus aliqua vis supererat, pigebat, & propter multitudinem mortuorum, & quod de ipsis erat incertum. Denique super eos quos sepelierant, multi moriebantur. Multa autem ad sepulchra, priusquam fati dies veniret, & vivi properabant: neque luctus in illis calamitatibus, neque fletus erat, sed fame superabantur affectus. Siccis autem oculis, & corruptis oribus, qui tardius morerentur, eos qui antea requiescerent, intuebantur, haec ille, &c. Capite vero. 16. dicit ad hoc necessitatis quofdam fuisse copulos, ut cloacas ruinarentur, boumque veterem sumum alimentum haberent, stercusque collectum, quod ne visu quidem tolerabile fuerat, cibus erat, &c. Reliqua vide Matth. cap. 24.

¶ Cum autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem, sunt scitote quia appropinquaret desolatio eius. Tunc qui in Iudea sunt, fugiant ad montes, & qui in medio eius, discendant, & qui in regionibus, non intrent in eam, quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia que scripta sunt. Vnde autem pregnantibus & nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. Et cident in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur temporanationum.

Has clades enarrat Iosephus de bello Iudaic. lib. 7. ca. 16. Iam vero inquit, perfectis aggeribus, Septembris mensis die septimo, qui erat a cœpto opere octauus & decimus dies, Romani quidem machinas admouebant: seditionorum autem alij, qui ciuitatem desperauerant,

Matth.
24.c.
Mar. 3. d.
Dan. 9. g.

muris relictis in Arcam recedebant: alij se in cloacas de-
mittebant, & sequitur in fine cap. iuuenes autem lectos,
qui procero ac formoso essent corpore, triūpho Cæsar
seruabat. Ex residua multitudine septē & decē maiores
annis viñetos mittit in Aegyptū, operibus deputandos.
Plurimos aut̄ per prouincias Titus distribuit, in specta-
culis ferro & bestijs consumendos. Qui verò infia de-
cimū & septimū annū ætatis agerent, venditi sunt. Isidō
autem diebus quibus secernebantur à Frótone, mortui
sunt fame duodecim milia: quibus partim odio custodū
nō præbebatur cibus, partim ipsi viñctus fastidio teneban-
tur, & cap. 17. Et captiuorū quidem omniū qui toto bel-
lo cōprehensi sunt, nonaginta & septem milium compro-
henſus est numerus: mortuorum verò per omne tempus
obsidionis, vndeclies centum milia, &c.

[†]Math.

24.c.

Mar. 13.c.

Isa. 13.b.

Ezech.

32.b.

1oīl. 2.c.

[‡]Matth.

24.d.

& 26.f.

Mar. 13.c.

Isa. 3.c.

[†]Ea erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pref-
flura gentium præ cōfusione sonitus maris & flutuum, are-
scibis hominibus præ timore, & expēctatione, quæ super-
uenient uniuerso orbi. Nā virtutes cœlorum mouebuntur,
& tunc videbunt filium hominis venientem in nube cō-
poteſtate magna & maiestate.

Præmissō vrbis Ierosolymorū & tēpli excidio, ac Iu-
daici populi interitu suo, addit totius orbis excidium.
Prius aut̄ præmittit signa quæ in creaturis irrationalibus
patebūt. Primò in summis, sole, luna, & stellis obscuritas,
vt refert Matth. Sol obscurabitur, & luna non dabit
lumē suū, & stellæ cadēt de cœlo, & virtutes cœlorum
mouebūt. Post hæc in infimis, terra scilicet, in qua cū-
di se inuicē opprimēt, quia refrigescet charitas multo-
rum. Et tandem in medijs creaturis, mari & fluminibus.
Quoniā vt Sap. 5. ¶ Pugnabit pro eo orbis terrarū con-
tra insensatos. Vnde creature rationalis pena sequitur:
quoniā arescent homines præ timore, videntes omnes
creatures propter hominem factas, in hominē pugnare.
Cætera Matth. 24.

His aut̄ fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra;
quoniā [†] appropinquat redēpicio vestra. Et dixit illis simili-
tudine: Videte ferculēā, & omnes arbores, cū producūt iā ex
se fructū scitis quoniā propè est festis. Ita & vos, cū videri-
tis

[¶]Sap.

5.d.

[‡]Roma.

8.d.

sis hoc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei. + Amen dicitur Rom. 10.13.
eo vobis, quia non præterib[us] generatio haec, donec omnia fiat. 13.d.
Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. 1.Thess.5.a
Apoc.8.d

Itaq; in ipso orbis terrarū interitu, iubetur fideles nō
solū timentes, sed etiā capita in altū leuare, vnde illi auxiliū
veniat. Ad quod confunderandū assumit ab arboribus
exemplū, quæ sunt iudices propè futuræ æstatis: ita hæc
præmissa signa, tā creaturarū irrationaliū, quām rationaliū,
quia incipientibus proximus est credēdus Christi se
eundus aduentus, vt sicut flores & fructus arborum ad-
ueniente æstate parent, ita mundi ruina his malis super-
uenientibus. Cætera Matth.24.

+ Attendite autem vobis ne fortè grauetur corda vestra in crastinu[m]
pula et ebrietate, et curis huius vite, & superueniat in vos
repentina dies illa. Tanquam laqueus. n. superueniet in omnes cap.1.
qui sedent super faciem omnis terre. Vigilate itaque propter omniū Colos.1.a
tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia que 1.Theſſ.
futura sunt, & stare ante filium hominis. Erat autem diebus do- 5.d.
cens in templo, noctibus vero exiens, morabatur in monte qui Act.12.a.
vocatur Oliveti: & omnis populus manicabat ad eum in Eccl.18.c
templo audire eum.

Post prædictā Ierosolymorū subuersionem, & seculi
consummationē, iubet his verbis, & carnalibus nos deliciis
tijs, & nimia nos seculariū rerū cura non distrahi, quod
repentina nec opinantibus nobis dies iudicij superuentu
rat, tanquam laqueus non apparēs & improuisus. Idecir-
co vigilijs & orationibus instare nos iubet, vt imminen-
tia vitius pericula cœductorum.

CAPUT VIGESIMVM SECUNDVM.

Iudas ductu[m] Satanæ cum Iudeis de Iesu cæde sollicitis
pacifetur super illius traditione. Christus autem facta
cœna in horto, à Iuda Iudeis traditur, ad Caipham du-

ctus à discipulis derelictus, à Petro negatur, & facie
velatus illuditur, & colaphis cœditur,
à principibus interrogatus, mor-
te damnatur.